



Ad Dn. Joannem Crü-
gerium juvenem politiss.

Comprecor ex animo tibi cuncta polite Crugerii
Hinc discedenti felicia: Christus Iesus
Cui servis, post hac etiam te ducat: ad arcem
Quam petis excelsam, sic ibis tramite recto.

M. Iohannes Schöfferus
Professor Rhet.

OTia fac, CRUGERE, mihi, fac habere solutum
A curis animum, nunquam tua vota morabor,
Nec tenuam versu te abeuntem prosequi hiulco.
Verum aliò raptor, centumq, negotia mentem
Dilacerant, quidnam primum queat extricare
Ancipitem, nec vota sinunt sua ferre rogantem.
Te tamen indictum ut nequeam dimittere, virtus,
Ingenium, candorq, facit, quæ tempore quo vis,
At magis in primâ laudari etate merentur.
Maeste his auspicijs! quanquam haud mihi dius Apollo
Divinare dedit, tamen auguror esse futurum,
Maxima ut à tali radice expulset arbor.

T.

mi Crugeri

M. Henningus Arnifæus
Halberstadiensis,

Ad